



ГИБЕТИМЪ  
РЕКТОРЪ

38




# RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



*Qui habet aures ad audiendum, audiat, cœlestis Propheta clamat Christus Jesus, verus Chrysoſtomus, poſt ſimilitudinem à ſe recitatam, turbâ plurimâ congregatâ è ſingulis civitatibus, in heſterno Evangelio; & ad inſtantiam poſtea diſcipulorum ſuorum, parùm intelligentium, quæ ea eſſet parabola, quâ dripartitum genus conſtituit agri, hoc eſt, auditorum verbi ſui divini, & vult, ut nos omnes ſimus bona terra, hoc eſt, in numero & cœtu eorum, qui in corde honeſto ac bono, audientes ſermonem, retineant, & fructum ferant per patientiam. Pauca quidem hæc verba ſunt, ſed rerum & doctrinarum pondere graviſſima; quippe Filius Dei, Dominus noſter JESUS CHRISTUS, notas & conditiones deſcribit verorum auditorum verbi ſui cœleſtis, & eos demùm bonam terram eſſe ſtatuit, qui primùm verè & attentè audiant ſermones ejus, & ut Divus AUGUSTINUS monet, lectiones divinas cum ſilentio auſcultent. Deinde cuſtodiant in corde honeſto ac bono. Sicut enim, dicente GREGORIO, de vita ejus deſperatur, qui langvente ſtomacho, alimenta non retinet; ſic aterna mortis periculum formidare debet, qui verba vitæ memoriâ non tenet. Et deniq; fructum afferant per patientiam, ne auditores tantùm, ſed etiam factores verbi divini eſſe videantur. Debent namq; auditores eloquiorum divinatorum, eſſe inſtar arborum frugiferarum, quæ plantatæ ſunt ſecus decurſus aquarum, & quarum folia nunquam defluunt, ſed fructus ſuos dabunt in tempore ſuo, ut Rex & Propheta DAVID ait, Quare etiam CHRISTUS, Doctor eruditæ lingvæ, affirmat de bona terra, quòd fructum ferat centuplum, qui fructus eſt perfectus. Nam denarius numerus pro perfectione ſemper accipitur; quia in decem præceptis legis cuſtodia continetur. Denarius autem numerus, per ſeipſum multiplicatus, in centenarium ſurgit. Unde per centenarium magna perfectio intelligitur, inquit BEDA. Et in hoc cœtu, qui ſermonem Dei verè, attentè & cum ſilentio audit, in corde honeſto & bono retinet, & per patientiam fructum affert, inveniri ſe paſſus eſt, vir honoratiſſimus, Dn. HERMANNUS HUTTEN, Civis & Mercator hujus loci, inter ſeniores, facilè primarius, qui poſtquam hæcenus graviter decubiſſet, tandem ex maraſmo quodam ſenili, ut fieri ſolet in tanta ætate, nudius-quartus vitam cum morte commutavit placidiſſimè. Cæterùm ex deſcriptione curricula vitæ tranſmiſſa conſtat, natum fuiſſe piè defunctum, anno ſupra milleſimum, quingentefimum, ſexageſimo tertio, Menſe Februario, in oppido MORSDORFF/Patre viro ſpectatiſſimo, Dn. JOHANN HUTTEN, Dynaſtie WERDENſis, tum temporis, Præfecto Mediolanenſi, Matre verò MARIA, foemina honoratiſſimâ, & ex antiqua MORSDORFFORUM familia oriundâ. Qui parentes operâ dederunt ſedulò, ut Filius recens natus ſtatim à nativitate ſua, CHRISTO Redemptori, in baptiſmo oblatus, numero civium Eccleſiæ aſſcriberetur, & deinceps in vera & ſalutari pietate, moribus & ſtudiis honeſtiſſimis educaretur. Quam ob cauſam vivere cum maluerunt in Scholis, tanquam officinis publicis, omniſq; pietatis & eruditæ doctrinæ ſeminariis, & primò quidem ipſum LORENTZBERGÆ, poſtea Eſchvile in ludo literario, ſumptibus ſuis aluerunt; tandem verò crescente ætate, tradiderunt Gymnaſio JULIACENſi, uberioris culturæ capeſſendæ gratiâ, ubi etiam ad annum uſq; ætatis ſuæ decimum quintum ſubſtitit, & præclaram in artibus & ſtudiis liberalibus de ſe ſpem & opinionem concitavit. Sed poſtea animum adjectad Mercaturam exercendam; cujus gratiâ AQUISGRANUM excurrit, ut artem ibi numerandi, negotiationibus continuandis perquam neceſſariam, addiſceret. Dehinc accerſitus LIPSIAM, à Dn. JOHANNHEIN, Mercatore quondam præcipuo, anno ſupra milleſimum, quingentefimum, octogefimo primo, totum ſe dedit Mercaturæ, & non ſolùm prædicto Hero ſuo fidem & induſtriam ſuam probavit, omni loco & tempore, ſed etiam poſt mortem ejus negotiationibus relictis ſolus præfuit, eaſq; pro fide & diligentiâ debita adminiſtravit. Hinc factum, ut ex ſingulari Dei providentiâ, viduam prædicti Heri ſui, REGINAM in uxorem accepiſſet, & cum ea poſtea in conjugio honeſto & tranquillo vixiſſet, per annos plures, pater factus liberorum quinq; de quibus adhuc una ſuperest foemina MARIA, uxor viri ornatiffimi. Dn. GERHARDI BECCERI, Civis & Mercatoris in hac urbe præcipui. Poſteaquam verò hæc conſors vitæ ſuæ, annos ſupra milleſimum, ſexcentefimum, quinto, die M. AUGUSTI octavo, viam univerſæ carnis ingreſſa fuiſſet, finito demum viduitatis anno, ſecundùm ille matrimonium iniit, cum virgine ſelectiſſima ANNA, viri quondam Ampliſſimi & Conſultiſſimi, Dn. PAULI CALNBERGERS, J. U. D. Conſiſtorii & Scabinatus Electoralis Aſſeſſoris, & Reipublicæ Lipſienſis Conſulis ſpectatiſſimi filia, qua cum & ipſa vixit in conjugio honeſto, & liberali, annos ſupra tres & decem, pater factus liberorum ſex, trium Maſculorum & totidem foemellarum, de quibus adhuc par Maſculorum & foemellarum, Dei beneficio, ſuperſunt. Atq; hac alterâ conjuge ſua, ſexto M. OCTOBRIſ, anni ſupra M. DC. XIX, defuncta, piè denatus ita quidem reliquum vitæ tempus tranſegit, ut verbum Dei in publica Eccleſiæ congregatione frequenter audiret, ad cœnam Dominicam quotannis aliquoties accederet, liberos ſuos totamq; familiam in pietate, virtute, & honeſtate educaret, aliis pro re nata inſerviret & opitularetur. inq; reliquis etiam hominem ſe pium eſſe, probum, honeſtum & pacificum oſtenderet. De morbo, qui primùm adortus eſt piè demortuum, comperimus, fuiſſe eum fluxionem aliquam Catarrhofam vehementiorem, qua correptus ſextimo M. Decembr, anni ſuperioris, (quo die cum liberis & familia, in templo ad D. THOMÆ, uſus eſt Cœna Dominica,) maximam deinde imbecillitatem virium totius corporis ſenſit, caloribus præſertim internis ſupervenientibus, qui ut perdurarunt hæcenus in corpore ſenili, illudq; debilitarunt extremè: ita ipſe patienter tulit dolores omnes, & ſe ſuamq; vitam precibus aſſiduis, CHRISTO Redemptori ſuo, commendans, ſalutarem analyſin expectavit. Quam adeò multis ſuſpiriis & votis expetitam demùm impetravit, poſtquam non ita pridem, coram Miniſtro Eccleſiæ aſtante, conſtantem fidei ſuæ confeſſionem edidiſſet, & voce aperta proteſtatus fuiſſet, ſe omnem ſalutis ſuæ aeternæ ſpem & fiduciam in ſolo CHRISTO, ſoſpiratore, poſitam habere, ab illius merito ſe pendere, & in eo quoq; vivere & mori velle. Id quod factum nupero die Veneris, Anno ætatis ſuæ ſexageſimo ſexto, fermè exacto, Anima tū managiva in cœlis cum CHRISTO conjuncta, vivit in æternum: Corpus verò exanime hodiè, horâ I. pomeridianâ auditâ, ad locum ſepulturæ deferetur. Quo tempore ut præſtò Nobis ſint Cives Academicæ, & nobiſcum in gratiam piè denati liberorum, & totius familiæ honoratiſſimæ, in funus prodeant, exhibituri ultimum humanitatis officium Parenti & Seniori defuncto, volumus & mandamus. PP. IX. M. Februarii Anno 1569. in athenis 1569 M. DC. XXIX.*

LIPSIÆ, Typis exſcribebat GREGORIUS RICHſch.





# RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

*Vi habet aures ad audiendum, audiat Christus Jesus, verus Chrysothomus, post similitudinem à se recitatam, turbâ plurimâ congregatâ è singulis civitatibus, in hesterno Evangelio; & ad instantiam postea discipulorum suorum, parùm intelligentium, quæ ea esset parabola, quadrupartitum genus constituit agri, hoc est, auditorum verbi sui divini, & vult, ut nos omnes simus bona terra, hoc est, in numero & fructum ferant per patientiam; quippe Filius Dei, Dominus sui coelestis, & eos demùm Divus Augustinus monet, ente Gregorio, de vita eius memoria non tenet. Et debent namq; auditores*

*um folia nunquam deflutor eruditæ lingvæ, affirperfectione semper accipus, in centenarium surgit. Et in hoc cetero, qui vermonem Dei verè, attentè & cum silentio audit, in corde honesto & bono retinet, & per patientiam fructum affert, inveniri se passus est, vir honoratissimus, Dn. Hermannus Hutten, Civis & Mercator hujus loci, inter seniores, facillè primarius, qui postquam haçtenus graviter decubisset, tandem ex marasino quodam senili, ut fieri solet in tanta aetate, nudius-quartus vitam cum morte commutavit placidissimè. Cæterùm ex descriptione curriculum vitæ transmissa constat, narum fuisse piè defunctum, anno supra millesimum, quingentesimum, sexagesimo tertio, Mense Februarii, in oppido Morsdorff/Patre viro spectatissimo, Dn. Johan Hutten, Dynastie Werdensis, tum temporis, Praefecto Mediolanensi; Matre verò Maria, sceminâ honoratissimâ, & ex antiqua Morsdorfforum familia oriundâ. Qui parentes operâ dederunt sedulo, ut Filius recens natus statim à nativitate sua, Cbristo Redemptori, in baptismo oblatu, numero civium Ecclesiae ascriberetur, & deinceps in vera & salutarî pietate, moribus & studiis honestissimis educaretur. Quam ob causam vivere cum maluerunt in Scholis, tanquam officinis publicis, omnisq; pietatis & eruditæ doctrinæ feminariis, & primò quidem ipsum Lorentzbergæ, postea Escherville in ludo literario, sumptibus suis aluerunt; tandem verò crescente aetate, tradiderunt Gymnasio Fulacensi, uberioris culturae capessendæ gratiâ, ubi etiam ad annum usq; aetatis suæ decimum quintum substitit, & præclaram in artibus & studiis liberalibus de se spem & opinionem concitavit. Sed postea animum adiecit ad Mercaturam exercendam; cuius gratiâ Aquigranum excurrit, ut artem ibi numerandî, negotiationibus continuandis perquam necessariam, addisceret. Dehinc accersitus Lipsiam, à Dn. Johanne Hein, Mercatore quondam præcipuo, anno supra millesimum, quingentesimum, octogesimo primo, totum se dedit Mercatura, & non solum prædicto Hero suo fidem & industriam suam probavit, omni loco & tempore, sed etiam post mortem ejus negotiationibus relictis solus præfuit, casq; pro fide & diligentia debita administravit. Hinc factum, ut ex singulari Dei providentia, viduam prædicti Heri sui, Reginam in uxorem accepisset, & cum ea postea in conjugio honesto & tranquillo vixisset, per annos plures, pater factus libero-*



lectione  
despera  
niq; fr  
eloquio  
unt, se  
mat de  
pituri